

V I R O
CLARISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
DN. JEREMIAE PILARICKIO,

Tepliciô-Hungaro,
S. S. Theologiae Cultori indefesso,
Nutu ac Arbitrio

DEI TRIN-UNI,

Favore ac Promotione

MAGNORUM PATRONORUM,

Applausu ac congratulatione

AMICORUM AC BONORUM OMNIUM,

Munia

COLLEGÆ SEXTI

IN LAUDABILI SCHOLA SENATORIA

WITTEBERGENSI

Anno Θεοτοκίας M. DC. LXXVII.

Die XIX. Octobris

occupanti,

Sincerâ manu ac mente felicia quæque
comprecantur,

AMICI AC POPULARES,

Incrementum porrò honorum ac Fortunarum, &

Diminutionem optatam dolorum ac sortis ærumnosæ,

Restauracionem desolatæ Ecclesiæ Hungaricæ

mutuis votis devotè à DEO


exorantes.



Typis MATTHÆI HENCKELII, Academ. Typogr.

¶ : (* * * * *) : ¶

Herculei laboris plenum munus
est, licet hodie non unius Pi-
stocleti immiti Superbiâ despectum,
primam Pueritiæ edomare ferita-
tem, in quo fundamentum quietis
humanæ versatur: quare non mi-
nore dignum gloriâ, quàm quæ
Alcmenâ fatum etiam posthuma
nobilitat.



Parta carens muris, populi vir-
tute nitebat,

Non operum famâ, legibus
ampla tamen.

Sit licet exilis, PILARICK, tua Sparta, potenti
Tu confide DEO, cui tua Sparta placet.
Ergò mente bonâ, Spartam, quam nactus es
orna,

Erigit è luto, qui regit astra, Deus.

Gratulabundus adponebat

JOHANNES GOBIUS, p. t. Acad.
M. P.

Sexta Tibi, PILARICKE, fauet, prædulcis Amice,
Quæ Tibi pro meritis munera sena dabit.
Albiaca jam nunc Collega vocaberis Urbe,
Patroni ac Cives pectora amica dabunt:
Collegas fidos recales, sumesq; quotannis,
Quæ Tibi Fautores præmia digna dabunt:

A 2

Post

*Post Paphia adjunget sua munera, doctus Apollo,
Quem Turitè colis, jam Tibi Serta plicat.
Sic Tibi Sexta favet, COLLEGA en! SEXTUS
haberis,*

*Hanc oderint alii, sed Tibi Sexta favet.
Perfectum numerum primo conscendis honore
Primum, hic, plus felix, dum minuetur,
eris.*

In honorem DN. JEREM. PILARICK.
apposuit

M. L.



AMpliolem tua Virtus meruit gratulandi
campum, quam præsens tibi peperit fortuna. Sed
& hæc evocat pia vota, quæ in his angustiis tibi obtigit, amplior
de cælo patienter expectanda & exoptanda erit. Habet enim
DEUS suas horas, quibus tibi præparatam felicitatem aperiet;
Nec denegabit penitus quod differt. Fruere hâc interim felix
& salvus, vel eorum precibus parvulorum, quorum cura tibi de-
mandata est, tanto citius accelerabit gratior Sparta, quanto pu-
riores affectus habent & DEO vivunt chariores. Addat tibi ro-
bur, addat vires in molestissimo hoc onere, ut pulverem hunc
fastidiosum sine tædio ferre queas. Hoc votum est sinceri erga
Te affectûs & amicitia constantissimæ testimonium

M. PAULI PLATANI,
Tui Conterranei.

Cl-

Climate sub fausto permagni SAXONIS, inq̄
Electoralis Sede brabea capis:

Oblatos SEXTI COLLEGÆ prendis honores,
Publica sic Ludi munera ritè tenes.

Omen habeto: DEUS revocabit ab exule sorte
Vos cunctos, reddens Dogmata, Templà,
Scholas.

Meritissimis Cl. Dni Pilariki Honoribus paucis
hiscè sincerè gratulari placuit

GEORGIO REISER, Augustano.

Slesiadum nuper peteres dum clima BUDORC'S,
Albiacos linquens per breve tempus agros.
Cùm presit miserum varii vehementia morbi,
Me, Sene PATRE meis collacrymante malis:
Tunc ego sinceras ad Te deferre Tabellas
Huic dederam, ut nobis rursus adesse velis:
Dulcis Amice, redi, scripsi, Te munia namqve
Albidos exposcunt pulverulenta Scholæ.
Duplice gaudebis numero, SENARIUS alter,
QVINQVE sed à placitis stabit amare Tuis.
Duplice gaudebis Spartâ, quarum altera Ludi,
Altera fortè foci mandat obire vices.
Gratulor his primam, quam jam cum laude tuêris,
Et precor, ut SPARTAM MARTHA seqvatur.
AMEN!

*Hæc dedit baud scombros metuentia Carmina, nec tibus;
Docta sed ingenuo ingenuos defigere Ludo.*

M. GEORGIUS GASSITZIUS, Hung.
S.S. Theol. C. & Seren. Elect. Sax. Al.

Prima elementa doces **SEXT**E ô fidelissime Doctor,
Quæ sunt Theiologum, cunctaque scripta Sophum.
Discimus hæc cuncti, cuncti ignoramus & illa:
Arcana A, B, C, quis numerare potest?
Ergo omnes superas, pia dum fundamina ponis,
Hinc Avicenna Plato, Baldus & ipse venit.
Quæ Tibi C. Tibi M. trina hæc P. quinque ministrat,
Vittenberga favens, Exulis alma Parens.
Epperiam methodum scitè referasque Juventam
Moribus & sanctis artibus imbuito.
Nos Deus extorres Patriamque servare memento
Luxque Scholis redeat, paxque revisat agros.

*His providentiam Dei celebrat, & de honore sparta Dei
Opt. Max. Senatus, & Magni Calovii concordi suf-
fragio oblata congratulatur Phocæo suo Orestes*

CHRISTOPH. MAZAR, H. S. S. Theol. Vitt. Stud.
post tantas Patriæ B. Parentis annorumque vicissi-
tudines, lætiores tandem catastrophem expe-
ctans,

Mæstus ego nuper viridi spaciabar in umbrâ,
Tristitiam lacrumis compositurus eram.
Proh superi! quantis vexantur, corde volutans,
Adversis facis, Pannonici populi?
Pelluntur Patriâ, tristesque vagantur in orbe,
Quærentes alios, orbe patente locos;
Sed cum nulla mihi spes constans visa dolenti,
Quæ mentis miseræ ad meliora vebat,
Tunc bona de cælo subitò vox lapsa sonabat,
Talia quid reputas? pectora quid crucias?
An nescis Numen, cui sunt terrestria cura
Sollicita, pressis ferre levamen, ope;
Ecce refert divæ Pilarik vestigia mentis,
Quem, certâ, incertum, sede locasse vides.

Hunc

*Hunc precor alme Deus, perfundas munere sancto
Manus, ut excipiant munera mille, Schola.*

Hisce affectum suum declaravit

CHRISTOPHORUS FRIDERICUS GRATTENAUER
St. Gotthard. Hung.

ESAIAS Summos Sophiæ cum Clarus honores
Acciperet, tenuis grandævum Musa Parentem,
Fluctibus, heu! quantis agitatam, fortè levare
Tentabat, PILARICK, Cultoris Nominis Ampli
Proposuit Vigilem supremi Patris Ocellum,
Qvo Patriâ extorres Natos Generumqve fidelem
Adspicit, assiduis animosus Miles JESU
Qvos precibus curæ commendat Numinis almi,
Publica JEREMIÆ confer: Viteberga docendi,
Qvamvis absentî, Patriæ spem pignora chara,
Munia, Vatis erat. nec Vanum, res docet, Omen.
O faustos nimum Natos, devota Parentis
Qvorum fortunas celso suspiria curæ
Commendant, nunquam fructu sine fusa, PATRONO.
Ergo bono charos animo, qvos junxit Amicos
Virtus, esse jubet [Coelum ruat, Orbis & Orcus
Sæviat!] immotus Cruciger semperqve triumphans,
Cui sterilis Patriæ fundus, dic commoda, tanto
Tempore, quanta dedit? Dilectos namqve Parentes,
Jam tria lustra ruunt, Turcæ terrore peremptos,
Lugeo: nec mediis, patrios dum linquere fines
Exilium crudele jubebat, fultus ad oras
Ignotas Veni, Solius fretus amore,
Qvem colui *Semper. Patris Magniq, Patroni.*
Ille mihi clemens, Velut & Vos nôstis, Amici,
Providit, miserum penitus nec sivit egere.
Nec piget exilii mœsti, quod commoda multò
Plura vehit secum, pullos quàm damna malorum

Vexant

Vexant, Panoniæ querulas modò percipe Voces,
Quàm tristes gemitus, reboantibus undiqve sævis
Tormentis, edunt Vivi solamine Verbi
Orbati, Patriæ gremium quos dulce fideles
Detinet: in lacrimas credo solveris amaras.
Insuper exulibus Sacram Virtutis ad Ædem
Porta patet, clarè doctorum teste Coronâ,
Quæ (sperate!) pios Patriæ servatur in Usûs.
Nunc demum capio Sapientis Numinis arte
Multam, stultus ego rigidam quam sæpe putâram
Cladibus exemptis insigni cedere lucro.
Et licet, ut fatear, quoties vel mente revolve
Quàm miserâ PANEM non rarò sorte parare
Cogimur, & durum nequeas dum frangere telum,
Restat ut, ex uto Vultu, surdas sine fructu
Auriculas pulses, iram risumvé reportans:
Hæc, inquam, quoties animo obversantur acerba,
Labitur ex oculis toties mihi gutta doloris
Cum tamen Hungariæ fatales pensito casûs
Cuncta lubens tolero, Spes inconfusa triumphat:
In luctu Patriæ lætum deponere Vultum
Nam decet ingenuum, nec ineptè plaudere, Civem.
Ast Illustris adest, MEDICUM quem jure Vocares,
Mecænas: hic enim tristi medicamina tabi
Admoveret, ac rigidos recreat promptissimus artûs.
Huic ego Sacra dabo: Vegetus florensque perenna!
ME quoque LAUS invitât AMORque PIUS, Vir honore
Fulgens, per longè lateque patentia Regna,
Quo flagras erga dispersos totus egenos.
Ille DEUS qui Te per tot discrimina rerum
Incolumem duxit, depressit moxque levavit,
Sit porro tecum, longos faustosque det annos!
Nomine, RENE magis GRUS? en at utroque Clientes
Agnoscant, Vigili quorum Tibi commoda curæ:
Ergo DEUM Vigilem gratâ quoque mente precamur?
Quisquis eris, placidas pariter qui porrigis aures

Claman-

Clamanti : patulas præbebit Numen ab alto ;
Sit licet is SAPIENS , Vel quem GRADUS amplus honoris
Tempore non paucò commendat, HAbE pia Vota :
Sint Validæ Vobis Vires, sit Vita beata !
Sed redeas tandem rapidis abrepta doloris
Flatibus, & leni Zephyri detenta sulurro ,
Musa , leves infla calamos, dispellere curas
Nunc juvat : Omen enim Vatis quis dicit inane ?
En tibi JEREMIÆ, concordi Voce Senat ūs,
Quam primùm celebris reducem Viteberga recepit,
Credita Gymnasii Clari formanda juvenus.
Gaudeo quòd Verax fuerim Vates, nec ineptus
Augur : honore Tuo , PILARICK me duco beatum,
Grator & ex animo, Sanctum Te Numen ab axe
Impleat eximiis donis, quò munere ritè
Fungaris, donec liceat de pulvere quondam
Perpetuæ celsam famæ pertingere ad Arcem !

Accipe sincerum constantis pectus Amici,

Nominis ingenui PILARICK qui Cultor ad Aras

GEORGIUS MICHAELIS Hungarus,

S.S. Theologiæ Studiosus.

MUnia digna capis COLLEGÆ, Frater amande,
Albiacæ prendens jura decusq; Scholæ ;

Ast Patrios Ludos, Aras, & jura Potentum,

DISPERSIT Papa sorte furente furor.

Heu mihi, qualis erat prægrandis fama Lycæi,

EPPERIES quæ se miscet ad usq; polum :

Fabula nunc vulgi mansit, risusq; Nigrantum,

Ordo PROFESSORUM munere pulsus abest.

COLLIGE nos JESU! Patria nos redde gementi,

Tunc ex COLLEGA , credito , PASTOR eris.

De allevamento sortis Fraternali intimè congratulatus,

omninabatur sic

M. ESAIAS PILARICK , Hungar.

S.S. Theol. Stud. Elect. Alum.

B

818

Bž gest obveselen / Zwug pan Dtec Přemily /
 Kož FAMA radošnu rože sila Powest /
 Ze Žiskal Pilaricku Wittenberšich c'est :
 Prawy / me ššedini / su wesele wtu ehwily.
 Y .ny spolu wššichny ššestny gemu wššug me /
 Wprachu šškolškem Žorawy / ž neho wiwššenny /
 Po mnohem žar mu / ku stale Potesseny :
 K tomu Heršku Pannu do Hospodarštony Přegme.
 At Pleme Pilarick Profwita wie a wie /
 Bohu / lidem / mnohi uziteck Prinassic.
 Nas Pať Žarmucenich / co šširoťki mizerne ;
 Žu žde šštudugicich / žao Patriss Pane :
 Nawrat nas do wlošti / ach nech se tať ššane !
 Y bude Ze chwality / Bherške ššadce werne.
 Wšše dobre Přegich a wiwššugich toto Položil ubohy
 Glorwa cek.

THOMAS DENTULINI, S.S. Th. & Phil. St.

Bestwertbster Freund / dein Thun in voller
 Freud bestehe / (ten Land
 Daß dir das Glück auffgeht / im weit entfernt
 Verpflichtet Wünschete stets / wohl / ewig dir's ergehe /
 Biß du vergnügt mit uns / wirst sein im andern
 Stand.

Dieses sette aus Schuldigkeit in Eil.

JOH. GEORG. KRUDY / Novis. Hung.

Huc facili properum PILARICK rege tramite cursu :
 Dat namqve Pallas otium.

Te citat Aonidum modo Præses Apollo Sororum,
 In officinam mentium.

I præeunt patriæ solennia carmina turbæ :

Cedat tibi feliciter.

Exclamat affectu plenus

MATTHIAS WALTHER, Bettelsdorff. Hung.
 Phil. & Th, Stud.

Novus

Novus honor Exulis, boni ominis presagium.

COelo plena ruens nuntia plausibus
Replet mœsta novis pectora gaudiis.

O, solare gementes

Lætis, Fama, sonoribus!

Et jam sponte Polus ridet amœnior,

Jam flecti precibus nunciat intimis

Numen, Pacis oliva

Mœsto jam reviret solo.

Mens præfaga boni, dum meriti vice

* Exaltans Dominum tollitur altiùs

Sortem spondet amicam

Presfis exilii jugo.

* Id connotat nomen JEREMIÆ.

Quod candor, pietas, rara modestia,

Exornans animum Triga perennior,

Promunt pignus honoris

Est merces, PILARICK, tua.

Ergò forte levi dura levans mala,

Dum tristis Patriæ fors, relevabitur

Spera. Vive, Levamen,

Spes ac Delicium Senis.

Ita forte erectus placidiori

Perquàm Eximii ac Præclarè-Politi Dn. JEREMIÆ PILARICK,

Fautoris & Conterranei Fratris instar colendi de sorte

Exulum gratulabundus ominatur.

MARTINUS DUBOVSKI, Solnen. Hung. S. S. Ph. St.

Virtutis ecce strenui Satellites
 Læti canunt triumphos.
 Et sic DEO, fortiq̄ve se committere
 Jubet Fides sacrata.
 Qvis jam pios credat DEum relinquere?
 Cum sit memor suorum.
 Quos mobilis Fortuna nunc deprefferat
 Exaltat ipse Olympus.
 Quid Rex Averni persequi non desinis
 Verum DEum colentes?
 Dux Tartari quid horridâ fidelibus
 Tentas manu nocere?
 En sedibus Patriæ suis pulsos vocat,
 Laresq̄; dat Supremus.
 Capelle FAUTOR, quam TIBI Spartam dedit,
 Numen manu benignâ.
 Hæc arva natalis soli locô sient,
 Precor Polum faventem,
 Doctis sodalem junge TE cohortibus,
 Ævumq̄ve duc beatum,
 Monstra juventæ vertices Heliconios,
 Fontesq̄ve da Medusæ.
 Ut ipse post mundana vitæ secula
 Vitam colas perennem!

*Pauca hæc manu properante Clarissimo, eruditissimo
 Dn. Jeremia Pilarick, Dn. Fausori & con-
 terraneo suo, apposuit:*

**MELCHIOR PINTZ, P. H. SS. Th. & Phil. Stud.
 Præ-**

PRæmia virtuti nunquam non esse parata
Pilarikî Spartæ gloria adusqve probat.
Judico felicem cui sic sunt cœlica curæ,
Ac ipse est Cœlis; Scilicet illa manet
Sorte suâ constans, nec desunt fata benigna
Mutatæ fortis, quam regit ipse Deus
Omnia complectent moderamine. Cernis id-
ipsum.

Et Tu mi *Pilarick*, fretus amore Dei.
Gratulor hinc meritò virtuti fausta precatus,
Et Spartæ MARTHAM, quæ *pia, pulcra,*
potens.

*In honorem, & infucata sinceritatis tesseram
gratulab. faciebat*

JEREMIAS Hahnwaldt / Neczpaliens. Hung.
SS. Theol. Stud.



Ur Wittenberg der Zweck / nach welchem Ihr
getrachtet
Mein Freund? Ja/darum Ihr die Unruh
nicht geachtet

In unserm Vaterland/war diß zuletzt der Ort/
In welchem Euer Fleiß erschallen soll hinfort?

B iij

Ja/

Za/denn vom Himmel kommts/der selber Euch gezieret
Mit schönen Gaben/ und ganz wunderbarlich geführet
An den berühmten Ort/ geht/ folget Gottes Rath/
Der Euch an dieses Ammt zur Schul verordnet
hat,

Unmittelst wünsch ich Euch/ mein Freund/ des
Himmels Segen/
Gott sey/ Gott bleib Eur Schutz/ und führ Euch auf
den Wegen/
Welch Ihm gefällig sind/ Er wend ab alles Leid/
Und gebe/ daß Ihr Reich/ Gesund und
Seelig seyd.

Aus wohlmeinendem Gemüthe/ setze dieses wenige
entfertigt hinzu/

GEORGIUS SUTORIUS, von Dedenburg
aus Nieder Ungern / D. H. S. B.



E Pulvere in pulverem.

MUnia, quæ tentas tolerare Scholasticus
audit

Pulvis: digna sua nomina sunt rei.

*Quid nisi tale sumus, surgens è pulvere pulvis,
Huncq; olim capiet pulverulenta domus.*

Sed

*Sed modò præsentem letum faustumq; precari
Pulverem adest tempus: Tu, Deus alme,
face;*

*Munere ut hoc Pilarick gradus ad fastigia laudis
Obtingat, nec non fulgeat arce Poli.*

*Gratulabundus vovendo prolixiores affectus
his inclusit metris*

NICOLAUS LUCÆ, Richn. Scep. Hung.
Γεο-ορφω-γλωσσίας Stud.



DIALOGISMUS PROSOPOPOEICUS

Spartæ cum futuro sui Possessore,

Quadruplici Anagrammate
Ex

Nomine JEREMIAS
adumbratus.

Ἀνάγε.

Res ea imi.

Ais? è re mî.

Es mira ei.

I, mea eris.

Sp. R *Es ea, credo, animi Tibi jure videbitur imi,
Quæ minor est meritis, svavis Amice, tuis.*

Posf. Ecquid ais? mihi num diffidis parva placere?

E re, quæ mî sunt, maxima quæque puto.

Sp.

Sp. *Mira videris Ei, (perhibent:) nam vilis haberis,*
Hinc nec es ingenio grata, vel apta, pari.

Posf. *Vile Deo placuit, quidni mihi vile placeret?*
I, mea delicii portio dulcis eris.

Votum: EXALTANS DOMINUM PILARICK, confide Jehovæ,
Teq;, Tibiq; pares tollere ad alta potest.

In perpetuum honoris & amicitia monumentum
à

JOHANNE LAMM / Hung. Phil. &
S. S. Theol. Stud.



SOk nyavalya után, addott már az ISTEN
Tisztedet, Hazackat, néki hála legyen!

Szép Német LEANKAT, avagy egy Menyeckét,

Az Uly Esztendőben kivanyúk szerencsét:

Hogy Vittenbergában máyt Lakadalomban

Vigagyúk. Te Isten segél Országunkban!

Ugy kivanya jó akaró

ANONYMUS, szegény
Legeny.

